



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum Deus cognoscat vel sciat seipsum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

intelligēdi, nec sciētia se hēt in eo ex additione ad  
essentiā eius, nisi secundum modum intelligēdi.

AD SECUNDVM dicendū, q non potest vere di-  
ci, q scientia in Deo significet aliam perfectionē,  
quā essentiā: sed quod significatur per modū  
alterius perfectionis, secundum q intellectus nos-  
ter ex diuersis conceptionibus, quas de Deo ha-  
bet, prædicta nomina imponit.

AD TERTIVM dicendū, q cum nomina sint  
signa intellectuū, s̄m hoc se hēt nomen ad to-  
talitatē alicuius rei significandam, s̄m q se habet  
intellectus in intelligēdo, intellectus aut noster to-  
tum Deū intelligere pōt; sed nō totaliter totum,  
quia necessariū est, vt de ipso aut totū intelligat,  
aut nihil, cū in eo non sit pars, & totum: sed dico  
nō totaliter, quia non perfecte cognoscit ipsum,  
s̄m q ipse est in sui natura cognoscibilis, sicut ille  
qui hāc cōclusionē diameter est affimeter colat,  
cognoscit pbabiliter, ex hoc. s̄. q ab omnibus d̄r,  
ita non cognoscit eam totaliter: quia nō peruenit  
ad perfectū modū cognitionis quo cognoscibilis  
est, quis cognoscat totam, nullam partē eius igno-  
rans. Similiter ergo, & nomina quæ de Deo dicū-  
tur, ipsum totum, sed non totaliter significant.

AD QVARTVM dicēdū, q quia illud qd̄ in Deo  
est absq; oī imperfectione, in creaturis cū aliquo  
defectu inuenitur, propter hoc oportet, vt si aliqd  
in creaturis inuentū Deo attribuat, separemus  
totū quod ad imperfectionē pertinet, vt solū ma-  
neat hoc quod perfectionis est, quia secundū hoc  
tantum creatura Deū imitatur, habet aliquid p̄fectio-  
nis, & aliqd imperfectionis: ad perfectionem eius  
pertinet certitudo ipsius: quia quod scitur, certitu-  
dinaliter cognoscitur: sed ad imperfectionē perti-  
net discursus intellectus: a principiis in cōclusio-  
nes, quorum est scientia. hic. n. discursus nō cōtin-  
git, nisi s̄m q intellectus cognoscēs principia, co-  
gnoscit in potentia tantū conclusiones. si. n. actu  
cognosceret, nō esset ibi discursus, cum motus nō  
sit nisi exitus de potentia ad actū. d̄r ergo in Deo  
scientia ratione certitudinis de rebus cognitis: nō  
aut ratione discursus prædicti, qui nec etiam in  
angelis inuenitur, vt Diony. dicit.

Ca. 7. de di-  
ni. nomi.

AD QVINTVM dicendū, q quāuis Deo nō  
sit aliquid magis, & minus notum, si consideretur  
modus cognoscētis, quia eodē intuitu oīa videt:  
tamen si consideretur modus rei cognita, Deus  
cognoscit qdā esse magis cognoscibilia in seipsis,  
& qdam minus, sicut inter omnia maxime est co-  
gnoscibilis sua essentia, per quam quidē omnia  
cognoscit, nō aliquo discursu, cū simul vidēdo ef-  
fentiā suam oīa videat. vnde & quantū ad istū or-  
dinem, qui potest attendi in diuina cognitione ex  
partu cognitorū, etiā saluatur in Deo rō scientiæ.  
ipse. n. præcipue omnia per causam cognoscit.

AD SEXTVM dicendū, q verbum illud Alga-  
zelis intelligendum est de scientia nostra, quæ in  
nobis acquiritur, per hoc q res imprimunt simi-  
litudines suas in animas nostras: sed in cognitio-  
ne Dei est seconuerso, quia ab eius intellectu ef-  
fluunt formæ in omnes creaturas. vnde sicut sciē-  
tia in nobis est sigillatio rerum in animabus nos-  
tris: ita e conuerso formæ non sunt, nisi quædam  
sigillatio diuinæ scientiæ in rebus.

AD SEPTIMVM dicendū, q scientia, quæ ponit in  
Deo, nō est p modū habitus: sed magis per modū  
actus, quia ipse semper omnia actu cognoscit.

AD OCTAVVM dicēdū, q a cā agente nō p̄cedit

effectus, nisi s̄m conditionē causæ. & ideo omnis  
effectus, qui procedit per aliquā scientiā, sequitur  
determinationē scientiæ, quæ limitat conditionē  
eius: & iō res quarū sciētia Dei est cā, non procedunt,  
nisi qn̄ determinatum est, vt procedant. &  
ideo non oportet, vt res sint ab æterno in actu.

AD NONVM dicendū, q tūc intellectus d̄r sciē-  
de aliquo quid est, qn̄ definit ipsum. i. qn̄ concipit  
aliq̄ formā de ipsa re, q per omnia ipsi rei respon-  
det. iam aut ex dictis patet, q quicquid intellectu  
noster de Deo cōcipit, est deficiens a representati-  
one eius. & iō quid est ipsius Dei semper nobis  
occultū remanet, & hæc est summa cognitio, quæ  
de ipso in statu viæ hēre possumus, vt cognosca-  
mus Deū esse supra oē id, quod cogitamus de eo,  
vt patet per Diony. in 1. ca. de Mystica theologia.

AD X. dicendū, q Deus dicitur omnem intellē-  
ctus nostri formā iuberet fugere, non quia aliqua  
forma nostri intellectus ipsum aliquo mō repræ-  
senter: sed quia nulla eum repræsentat perfecte.

AD XI. dicendū, q rō quā significat nomen, p̄  
definito, vt d̄r 4. Meta. & ideo illud est nomen, p̄-  
prie alicuius rei, cuius significatum est definitū,  
quia, vt dictū est, nulla rō significata per nomen  
definit ipsum Deum, nullum nomen a nobis ad-  
positum est proprie nomen eius: sed est proprie  
nomen creaturæ, quæ definitur ratione signifi-  
cata per nomen: & in ista nomina quæ sunt crea-  
rarū nomina, Deo attribuntur, secundum q  
creaturis aliqua similitudo eius repræsentatur.

AD XII. dicendū, quod scientia, quæ attribuitur  
Deo, nō est qualitas, & præterea qualitas qua-  
sitati adueniens, est qualitas corporalis, non qua-  
litas spiritalis, sicut est scientia.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus cognoscat, vel sciat seipsum.

SCIENTIA seipsum. Et videtur q non sciat seipsum.  
Et videtur q non sciat seipsum: sed sicut dicitur  
in lib. de Trin. essentia in diuinis cōtinet vniū-  
relatio multiplicat Trinitatē. i. personarum, esse  
oportet quod in Deo scitū sit distinctū personæ  
liter a sciente: sed distinctio personarū in diuino  
non patitur reciprocam locutionē: nō. n. patet  
se genuisse, quia genuit filium, ergo in Deo  
cedi non debet, quod cognoscat seipsum.

¶ 2 Præ. in li. de causis d̄r, omnis sciens essentiam  
suam, est rediens ad essentiam suam rediuntione  
plera: sed Deus non redit ad essentiam suam, cum  
numquā ab essentia sua egrediat, nec possit  
redire, vbi nō præcessit discēsus ergo Deus  
cognoscit essentiam suam, & ita nescit seipsum.

¶ 3 Præ. Sciētia est assimilatio sciētis ad rē scitā  
sed nihil ē simile sibi ip̄si, qā similitudo nō  
est, vt dicit Hila. ergo Deus nō cognoscit seipsum.

¶ 4 Præ. Scientia non est nisi de vniuersali  
Deus nō est vniuersale, quia omne vniuersale  
per abstractionem, a Deo autem, cum sit sim-  
plissimus, non potest fieri abstractio, ergo Deus  
non cognoscit seipsum.

¶ 5 Præ. Si sciret se, intelligeret se, cum intelli-  
re sit simplicius quā scire, & propter hoc est  
magis attribuendum: sed Deus non intelligit se,  
ergo nec scit se, probatio mediæ. Aug. dicitur  
lib. 83. Quæstionum, quæst. 16. omne quod se  
intelligit, comprehendit se. nihil autem potest  
prehendi nisi finitum, vt patet per Aug. ex eodē  
loco. ergo Deus non intelligit se.

¶ 6 Præ. Aug. sic argumētatur ibidē. Nec intelli-

posterior infinitus esse vult, quamuis possit, quia non sibi esse vult, ex quo habet quod illud quod vult se nosse, non vult esse infinitum: sed Deus vult se esse infinitum cum sit infinitus, si n. esset aliquid, quod se esse non vellet, non esset summe bonus. ergo non vult sibi esse notus, ergo non cognoscit se. Sed dicebatur, quod quis Deus sit infinitus simpliciter, & velit se esse infinitum simpliciter: non tamen est infinitus sibi, sed finitus, & sic esse non vult se esse infinitum.

¶ Sed contra, ut dicitur in 3. Physic. infinitum dicitur aliquid secundum quod est impertransibile, & finitum secundum quod est pertransibile: sed sicut probatum est in 6. Physic. infinitum non potest pertransiri, neque a finito, neque ab infinito, ergo Deus cum sit infinitus non potest sibiipsi esse finitus.

¶ 8. Præter id quod est Deo bonum, simpliciter est bonum, ergo & quod est Deo finitum, simpliciter est finitum: sed Deus non est simpliciter finitus, ergo nec sibiipsi finitus.

¶ 9. Præter id quod Deus non cognoscit se, nisi secundum quod ad seipsum comparatur: si ergo sibiipsi est finitus, cognoscit seipsum finite, non est autem finitus, ergo cognoscit se aliter quam sit, & ita de seipso habebit cognitionem falsam.

¶ 10. Præter id inter eos, qui cognoscunt Deum, vnus alio magis cognoscit, scilicet in modo cognitionis vnus excedit modum cognitionis alterius: sed Deus in infinitum magis se cognoscit, quam alius est cognoscit, ergo modus, quo se cognoscit, est finitus, ergo seipsum finite cognoscit, & sic non est sibiipsi finitus.

¶ 11. Præter id Augustinus in libro 83. Questionum probat quod rem aliquam non potest alius alio plus intelligere hoc modo. Quisquis vult rem aliter quam est, intelligit, fallit: & ois qui fallitur, illud in quo fallitur, non intelligit: quisquis igitur vult rem aliter quam est, intelligit, non eam intelligit. non igitur potest quicquam intelligi, nisi ut est. ergo cum res sit vno modo, ab oibus vno modo intelligitur. & ideo nulla res alio modo intelligitur. si ergo Deus seipsum intelligeret, non se plus intelligeret, quam alij eum intelligat, & sic in aliquo creatura creatori æquaret, quod est absurdum.

¶ Sed contra est, quod dicit Dionysius 7. de diu. nominibus. quod diuina sapientia seipsam cognoscens, omnia alia cognoscit. ergo Deus seipsum cognoscit seipsum.

RESPON. Dicendum, quod cum dicitur aliquid seipsum cognoscere, dicitur illud esse cognoscens & cognitum, vnde ad considerandum qualiter Deus seipsum cognoscit, oportet videre per quam naturam aliquid sit cognoscens, & cognitum. Scientia igitur, quod res aliqua inuenitur perfecta dupliciter, vno modo, scilicet perfectionem sui esse, quod ei competit secundum propriam speciem; sed quia esse specificum vnus rei est distinctum ab esse specifico alterius rei: ideo in qualibet re creata huiusmodi perfectioni habitæ, in vnaquaque re, tantum deest de perfectione simpliciter, quam perfectus in aliis speciebus inuenitur, ut sit cuiuslibet rei perfectio in se considerata sit imperfecta, veluti pars totius perfectionis vniuersi, quæ cõsurgit ex singularum perfectionibus, inuicem congregatis. vnde ut huic imperfectioni aliquod remediũ esset, inuenitur alius modus perfectionis in rebus creatis, scilicet perfectionis, quæ est propria vnus rei in altera re inuenitur. & hæc est perfectio cognoscens in quantum est cognoscens, quia scilicet in hoc cognoscere aliquid cognoscitur, quod ipsum cognitum aliquo modo est apud cognoscentem: & ideo in 3. de anima dicitur, animam esse quodammodo omnia, quia nata est omnia cognoscere, & secundum hunc modum

A possibile est ut in vna re totius vniuersi perfectio existat, vnde hæc est vltima perfectio, ad quam anima potest peruenire secundum Philosophos, ut in ea describatur totus ordo vniuersi & causarum eius, in quo etiam sine vltimum hominis posuerunt, qui secundum nos erit in visione Dei, qui secundum Gregorium quid est quod non videant, qui videntem omnia vident? Perfectio autem vnus rei in altera esse non potest secundum determinatum esse quod habebat in re illa, & ideo ad hoc quod nata sit esse in re altera, oportet eam considerare absque his quæ nata sunt eam determinare, & quia formæ & perfectiones rerum per materiã determinantur, inde est, quod secundum hoc, est aliqua res cognoscibilis, secundum quod materia separatur. vnde oportet quod etiam id, in quo suscipitur talis rei perfectio, sit immaterialis: si n. esset materiale, perfectio recepta esset in eo secundum aliquod esse determinatum, & ita non esset in eo secundum quod est cognoscibilis. sicut prout existens perfectio vnus est nata esse in altero. & ideo errauerunt antiqui Philosophi, qui posuerunt simile simile cognosci, volentes secundum hoc quod anima, quæ cognoscit omnia, ex omnibus naturaliter constitueretur, ut terra terram cognosceret, aqua aquam, & sic de aliis. putauerunt. n. quod perfectio rei cognita in cognoscente habeat esse determinatum, secundum quod habet esse determinatum in propria natura: non autem ita recipitur forma rei cognita in cognoscente. vnde & Comm. dicit in 3. de anima, quod non est idem modus receptionis, quo formæ recipiuntur in intellectu possibili, & in materia prima, quia oportet in intellectu cognoscente recipi aliquid immaterialiter. & ideo videmus, quod secundum ordinem immaterialitatis in rebus, secundum hoc in eis natura cognitionis inuenitur: planta. n. & alia, quæ infra plantas sunt, nihil immaterialiter possunt recipere. & ideo omni cognitione priuatur, ut patet 2. de anima: sensus autem recipit species sine materia: sed tamen cum conditionibus materialibus: intellectus autem etiam a conditionibus materialibus. species depuratas recipit, similiter est et ordo in cognoscibilibus. res. n. materiales, ut Comm. dicit, non sunt intelligibiles, nisi quia nos facimus eas intelligibiles: sunt. n. intelligibiles in potentia tantum: sed actu intelligibiles efficiuntur per lumen intellectus agentis, sicut & colores actu visibiles per lumen solis: sed res materiales sunt intelligibiles per seipsas, vnde sunt magis notæ secundum naturam quam minus notæ nobis. Quia igitur Deus est in fine separationis a materia, cum ab ois potentialitate sit penitus immunis, relinquatur, quod ipse est maxime cognoscitius, & maxime cognoscibilis. vnde eius natura secundum hoc, quod habet esse realiter, secundum hoc competit ei ratio cognoscibilis, & quia secundum hoc est Deus est secundum quod natura sua est sibi, secundum hoc est cognoscit, secundum quod natura sua est maxime cognoscitua, vnde Avicenna dicit in 8. suæ Metaph. quod ipse intellectus, & apprehensor sui est, eo quod sua quidditas spoliata, scilicet a materia, est res quæ est ipsemet.

B secundum hoc, est aliqua res cognoscibilis, secundum quod materia separatur. vnde oportet quod etiam id, in quo suscipitur talis rei perfectio, sit immaterialis: si n. esset materiale, perfectio recepta esset in eo secundum aliquod esse determinatum, & ita non esset in eo secundum quod est cognoscibilis. sicut prout existens perfectio vnus est nata esse in altero. & ideo errauerunt antiqui Philosophi, qui posuerunt simile simile cognosci, volentes secundum hoc quod anima, quæ cognoscit omnia, ex omnibus naturaliter constitueretur, ut terra terram cognosceret, aqua aquam, & sic de aliis. putauerunt. n. quod perfectio rei cognita in cognoscente habeat esse determinatum, secundum quod habet esse determinatum in propria natura: non autem ita recipitur forma rei cognita in cognoscente. vnde & Comm. dicit in 3. de anima, quod non est idem modus receptionis, quo formæ recipiuntur in intellectu possibili, & in materia prima, quia oportet in intellectu cognoscente recipi aliquid immaterialiter. & ideo videmus, quod secundum ordinem immaterialitatis in rebus, secundum hoc in eis natura cognitionis inuenitur: planta. n. & alia, quæ infra plantas sunt, nihil immaterialiter possunt recipere. & ideo omni cognitione priuatur, ut patet 2. de anima: sensus autem recipit species sine materia: sed tamen cum conditionibus materialibus: intellectus autem etiam a conditionibus materialibus. species depuratas recipit, similiter est et ordo in cognoscibilibus. res. n. materiales, ut Comm. dicit, non sunt intelligibiles, nisi quia nos facimus eas intelligibiles: sunt. n. intelligibiles in potentia tantum: sed actu intelligibiles efficiuntur per lumen intellectus agentis, sicut & colores actu visibiles per lumen solis: sed res materiales sunt intelligibiles per seipsas, vnde sunt magis notæ secundum naturam quam minus notæ nobis. Quia igitur Deus est in fine separationis a materia, cum ab ois potentialitate sit penitus immunis, relinquatur, quod ipse est maxime cognoscitius, & maxime cognoscibilis. vnde eius natura secundum hoc, quod habet esse realiter, secundum hoc competit ei ratio cognoscibilis, & quia secundum hoc est Deus est secundum quod natura sua est sibi, secundum hoc est cognoscit, secundum quod natura sua est maxime cognoscitua, vnde Avicenna dicit in 8. suæ Metaph. quod ipse intellectus, & apprehensor sui est, eo quod sua quidditas spoliata, scilicet a materia, est res quæ est ipsemet.

C Ad primum ergo dicitur, quod trinitas personarum multiplicatur in diuinis per relationes, quæ realiter sunt in Deo. Relationes originis: sed relatio quæ significatur, cum dicitur, Deus scit seipsum, non est aliqua relatio realis, sed rationis tantum. quoniam, n. idem ad seipsum refertur, non est talis relatio aliquid in re, sed in ratione tantum, eo quod realis exigit duo extrema. Ad secundum, quod locutio hæc quæ dicitur, quod scies se ad essentiam suam redit, est locutio metaphorica: non Quæst. dif. S. Tho. PP 2 enim

Com. 5.

Philos. 1. de anima. com. 66. com. 2.

Ca. 7. a modo illius, & cap. 6.

Com. 20. to. mo. 2.

enim in intelligendo est motus, ut probatur in 7. Phy. unde nec proprie loquendo est ibi recessus, aut reditus: sed pro tanto dicitur esse processus vel motus, in quantum ex vno cognoscibili pervenitur ad aliud, & in nobis fit per quendam discursum secundum quem est exitus, & reditus in animam nostram, dum cognoscit seipsum: primo, n. actus ab ipsa exitus terminatur ad obiectum, & deinde reflectitur super actum, & deinde super potentiam, & essentiam, secundum quod actus cognoscuntur ex obiectis, & potentia per actus: sed in divina cognitione non est aliquis discursus, ut prius dictum est, quasi per non in ignotum deveniat: nihilominus tamen ex parte cognoscibilium potest quidam circuitus in eius cognitione inveniri dum, cognoscens essentiam suam, alias res invenit, in quibus sua essentia similitudinem videt, & sic quodammodo ad suam essentiam redit, non quasi suam essentiam ex rebus aliis cognoscens, sicut in nostra anima accidebat: sed tamen sciendum quod reditio ad essentiam suam in libro de Causis, nihil aliud dicitur, nisi subsistentia rei in seipsa. Forma enim in se non subsistens, sunt super aliud effectus, & nullatenus ad seipsas collectæ: sed forma in se subsistentes, ita ad res alias effunduntur, eas perficiendo, vel eis influendo, quod in seipsis per se manent, & secundum hunc modum Deus maxime ad essentiam suam redit, quia omnibus providens, ac per hoc quodammodo in omnia exitus & procedens, in seipso fixus & immixtus permanet.

Ar. p. re. ad 4. arg.

AD TERTIUM dicendum, quod similitudo quod est relatio realis, distinctionem rerum requirit: sed ei quæ est rationis relatio tantum, sufficit in similibus distinctionem rationis. AD QUARTUM dicendum, quod univiale pro tanto est intelligibile, quia est a materia separatum: unde illa quæ non sunt per actum intellectus nostri a materia separata, sed per seipsa sunt ab omni materia libera, maxime cognoscibilia sunt: & sic Deus maxime intelligibilis est, quamvis non sit univiale. AD QUINTUM dicendum, quod Deus & scit se & intelligit se, & comprehendit se, quamvis simpliciter loquendo infinitus sit, non enim est infinitus privative: sic enim ratio infiniti congruit quantitati: hæc enim pars post partem in infinitum. unde infinitum si debeat cognosci secundum rationem suam infinitatis, ut si pars post partem cognoscatur, nullo modo poterit comprehendi, quia nunquam poterit venire ad finem, cum finem non habeat: sed Deus dicitur infinitus negative, quia scilicet eius essentia per aliquid non limitatur: omnis autem forma in aliquo recepta terminatur secundum modum recipientis: unde cum esse divinum non sit in aliquo receptum, quia ipse est suum esse, secundum hoc esse suum non est finitum, & pro tanto dicitur eius essentia infinita & quia in quolibet intellectu creato vis cognoscitiva finita est, cum sit in aliquo recepta, non potest intellectus noster pervenire ad cognoscendum ipsum ita clare, sicut cognoscibilis est, & secundum hoc non potest ipsum comprehendere, quia non pervenit ad finem cognitionis in ipso, quod est comprehendere, ut supra dictum est: sed quia eodem modo quo essentia divina est infinita, & vis cognoscitiva ipsa est eius essentia, & ideo pervenit ad perfectionem sui cognitionem, & secundum hoc comprehendere dicitur, non quia per comprehensionem talem ipsi cognitio finis aliquis statuatur: sed propter perfectionem cognitionis cui nihil deest.

In istam solut.

AD SEPTIMUM dicendum, quod si fiat vis in verbo Deus, proprie loquendo realis, nec fit finitum: sed pro tanto dicitur finitum, quia hoc modo seipso cognoscitur sicut aliquid finitum ab intellectu finito: sicut enim intellectus noster potest pervenire ad finem cognitionis in re finita, ita intellectus eius pervenit ad finem in ipsius. Ita tamen ratio infiniti qua dicitur intransibile, est ratio infiniti privative accepti, de quo nihil ad propolitur. AD OCTAVUM dicendum, quod in oibus illis, quæ dicitur gnant quantitate in his quæ ad perfectionem pertinent, sequitur si aliquid comparatum Deo sit tale, quod simpliciter sit tale, sicut si Deo comparatum est magnus, quod sit simpliciter magnus: sed in illis quod pertinent ad imperfectionem, non sequitur, non enim sequitur quod si aliquid Deo comparatum sit verum, quod simpliciter sit verum, quia omnia Deo comparata nihil sunt, & tamen simpliciter, non nihil sunt, unde quod est bonum Deo simpliciter, est bonum: sed quod est finitum Deo, non sequitur simpliciter finitum esse, quia finitum ad quandam imperfectionem pertinet, sed bonum ad perfectionem in virtute: tamen aliquid simpliciter est tale, quod secundum iudicium divinum tale invenitur. AD NONUM dicendum, quod cum dicitur, Deum finitum seipsum cognoscere, hoc dupliciter intelligi potest. Uno modo, ut modus referatur ad rem cognitam, & cognoscat se esse finitum, & sic hunc intellectum dicitur finitum: quia sic cognitio sua efficitur a modo ut modus referatur ad cognoscentem, & sic dupliciter potest intelligi, uno modo ut finitum, nihil aliud sit quam perfecte, ut dicitur habere cognoscere, quoniam pervenit ad finem cognitionis, & sic seipsum finite cognoscit alio modo ut finitum pertinet ad efficaciam cognitionis, & sic hoc modo cognoscit, quia eius cognitio est in infinitum: ex hoc autem quod simpliciter est finitum modo prædicto, non potest concludi, quod se finite cognoscit nisi eo modo quo dictum est verum esse. AD X. dicendum, quod ratio illa procedit secundum quod ly finite, pertinet ad efficaciam cognitionis, & sic patet quod non cognoscit se finite. AD XI. dicendum, quod cum aliquem alio plus intelligere dicimus, dupliciter potest intelligi. Uno modo, ut ly plus pertineat ad modum rei cognite, & sic nullus intelligentium plus alio intelligit deum intellectum seipsum quod est intellectus: quicunque enim reus intellectus plus attribuit vel minus quam natura reus, beat, errat, & non intelligit. Alio modo potest referri ad modum cognoscentis, & sic unus alio plus intelligit: sicut angelus homo, & Deus angelus, propter potentior vim intelligendi, & similiter est etiam intelligenda illa, quod ad hoc probandum assumitur, & intelligitur reus aliter quam finitum, scilicet, sit in odus reus, gnita, tunc nullus intelligens intelligit reus aliter quam sit, quia hoc esset in re ligere reus esse aliter, quod autem sit modus cognoscentis, sic quilibet intelligens reus materialiter intelligit aliter quam sit, quia res quod esse materiale, solum immaterialiter intelligitur.

ARTICVLVS III.

Utrum Deus alia se cognoscat.

Tertio queritur, utrum Deus cognoscat alia seipso: utrum non. Intellectum enim est perfectio intelligentis: sed nihil aliud ab ipso potest esse perfectius eius, quia sic esset aliquid eo nobilius, ergo nihil aliud.